

30 ottobre 1234

Biblioteca Labronica di Livorno, Diplomatico San Iacopo in Acquaviva n. 2.
30 ottobre 1235, Indizione 8.

Edizioni:

TIRELLI CARLI, *Gli eremiti agostiniani di S. Iacopo in Acquaviva*, in *La Canaviglia* 1978, 3(1):10-12.

Il Diplomatico di Livorno 1133-1456. Volume I, cur. **E. GRANTALIANO, D. PESCIATINI & A. FLORIDI**, Quaderni della Labronica [Studi e testi 6], Livorno 1994, n. 2, pp. 11-12.

Scritte sul verso:

«Vendita di Bambolo del bosco da Rio Maggiore qui fatta al priore di S. Iacopo d'Acquaviva»;
«Carta del boscho di Montione»; «Carta Sancti Iacobi de Aquaviva ***** ipsa cum bosco a [Bam]bulo de Pandoiano»; «G di Aquaviva»; «1235»; «1235 S. Iacopo»; «n.5».

Note:

Pergamena di forma trapezoidale in cattivo stato di conservazione, con numerose asportazioni del materiale di supporto soprattutto ai margini. Misura mm 120/220x440.

Si tratta della 'Pergamena G' della antica numerazione delle pergamene del monastero di San Giovanni di Livorno. Il nome della località in cui si trova il terreno boschivo, illeggibile sul testo al recto, può essere integrato con l'informazione leggibile sul verso.

Regesto:

Bambolo del fu Cecchito vende a Giovanni, priore della chiesa e romitorio di San Iacopo in Acquaviva, la metà di un terreno boschivo sito presso il rio Maggiore, in località Montione, per tre lire di denari pisani.

Fatto in Pisa.

Rogò Ranieri del fu Sasso da Ripa d'Arno.

Originale:

(S) In nomine [domini] nostri [Iesu] Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo ducentesimo trigesimo quinto, indictione octava, tertio Kalendas novembris.

Ex hoc publico instrumento clareat lectione quod Bambulus de [Pandoiano] quondam Barchiti¹ vendidit et tradidit donno Iohanni priori [ecclesie et] heremitorii sancti Iacobi de Aquaviva, ementi et recipienti pro dicta ecclesia et heremitorio, medietatem integram pro indiviso unius petii terre campie et boschate positi [prope] rivum Maiorem in lo[co dicto Montione], et tenet totum terre petium caput in rivo Maiori, [aliud caput in terra] Pandoianensium et Parranensium, latus in terra sancti Petri de Colognole et partim in terra Inghilensis de Sancto Regulo, aliud latus in terra Lambertucci quondam Iacobi de Parrana, cum omni iure et actione et proprietate et pertinentia et adiacentia sua, et ab omni iure et honore et etiam obligatione liberam et expeditam.

Et insuper dictus Bambulus vendidit dedit cessit atque mandavit dicto priori, recipienti pro suprascripta ecclesia et heremitorio, omnia iura et actiones utiles et directas sibi inde quoquo modo vel iure competentes et competentia, quatinus his omnibus suo directo et utili nomine, pro suprascripta ecclesia et heremitorio, [possit et valeat] inde agere et experiri et excipere contra omnem personam et locum.

Pro pretio librarum trium denariorum Pisanorum nunc currentis monete, quas dictus prior pro suprascripto heremitorio coram me Rainerio notario et testibus infrascriptis dicto Bambulo dedit et solvit. Et ipsas libras tres denariorum dictus Bambulus sic ab eo accepit. De quo toto suprascripto pretio dictus Bambulus vocavit se bene pacatum et dictum priorem, pro suprascripta ecclesia et heremitorio, et ipsum priorem et eius successores penitus inde liberavit.

¹ lettura incerta.

Et per sollempnem stipulationem dictus Bambulus convenit et promisit dicto priori, pro suprascripta ecclesia et heremitorio recipienti, ad penam dupli estimationis suprascripte rei vendite et tradite, sub estimatione qualis etiam tunc fuerit, sollempni stipulatione promissam, obligando se et suos heredes et bona sua pro suprascriptis omnibus, se de suprascripta vel pro suprascripta re vendita et tradita et de eius possessione et iure vel eorum sive alicuius eorum occasione ullo modo vel ingenio quolibet per se vel per alium non imbrigare vel molestare neque per placitum vel alio modo fatigare dictum priorem vel eius successores, pro suprascripto loco, vel ipsum locum sive cui dederint vel habere decreverint et ab omni imbriganti persona et loco inde eos defendere et disbrigare et se, ut dictum est, auctorem et defensorem inde eis existere, cum omnibus suis suorumque heredum expensis curie et advocatorum et omnibus aliis, que si inde fierent se eos ei, pro suprascripta ecclesia et heremitorio, integre resarciturum promisit.

Et sic precepit ei intrare in possessionem, pro suprascripta ecclesia et heremitorio, suprascripte rei vendite et tradite et suo nomine iure proprio possidere. Et constituit se, pro suprascripta ecclesia et heremitorio, precario possidere. Et in tali ordine hanc cartam me Rainerium iudicem et notarium domini imperatoris dictus Bambulus scribere rogavit.

Actum Pisis Kinthice in Ripa Arni in domo suprascripte ecclesie et heremitorii [sancti] Iacobi, sita super terram sancti Pauli, presentibus Rugerio quondam Tiniosi et Adamo quondam Berardi, qui ad hec fuerunt rogati testes.

(S) Ego Rainerius filius quondam Sassi de Ripa Arni, domini Henrici serenissimi Romanorum imperatoris iudex et notarius, predictis interfui et hanc inde cartam, rogatus, scripsi atque firmavi.

24 agosto 1237

Biblioteca Labronica di Livorno, Diplomatico Ospedali Riuniti n. 3.
1237 agosto 24, Indizione 10.

Edizioni:

P. VIGO, *Una donazione all'eremo di S. Iacopo d'Acquaviva nel 1228*, in *Miscellanea livornese di storia e di erudizione*, 2(11), pp.161-164, febbraio 1897.

M. TIRELLI CARLI, *Testimonianze di vita eremitica nel territorio livornese: da S. Maria di Parrana alla Sambuca (secoli XIII-XIV)*, in *Studi per Enrico Fiumi, I*, Pacini Editore, Pisa 1979, p.192-193.

M. TIRELLI CARLI, *Gli eremiti agostiniani di S. Iacopo in Acquaviva*, in *La Canaviglia* 1978, 3(1), pp.12-14.

Il Diplomatico di Livorno 1133-1456. Volume I, cur. **E. GRANTALIANO, D. PESCIATINI & A. FLORIDI**, Quaderni della Labronica [Studi e testi 6], Livorno 1994, n. 2, pp. 13-14.

Scritte sul verso:

Di mano coeva: «[Ca]rta iudicii quod Albertus quondam Barucii, quod a suprascripti fecit heremitorii Sancte Marie de Parrana et Sancti Iacobi de Acquaviva de terris positis in confinibus Cugliano de Sancto Reghulo de Chollina vel in pleberio de Schutriano»; «Testamento fatto per Alberto Barucci d'alchuni beni che avevano a Sancto Regulo, anno 1238»; «Lascito di beni in Quardecimo per Alberto di Guarnaio»; «Testamento d'Alberto de Barucio da la terra de Quliano e d'Acquaviva»; «Agosto 1238»; «num. 60».

Note:

Pergamena di forma trapezoidale con tracce di lacerazioni ai margini inferiori. Misura mm 125/215x425. Rigatura a inchiostro.

Regesto:

Particola del testamento di Alberto del fu Baruccio, con cui lascia al romitorio di Santa Maria di Parrana una metà *pro indiviso* dei suoi beni siti nella villa di Culliano presso Santo Regolo e nel piviere di Scutriano. Lasci l'altra metà con la somma di dieci soldi di denari alla chiesa e romitorio di San Iacopo in Acquaviva.

Fatto in Pisa.

Rogo Ranieri del fu Sasso da Ripa d'Arno.

Originale:

In eterni dei nomine amen. Sit omnibus publice manifestum quod Albertus quondam Barucii, cum in ultimis vite sue in suo testamento sive ultima sua voluntate, a me Rainerio iudice et notario quondam Sassi confecto, omnia bona sua ordinasset et disposuisset atque ipsum testamentum sive ultimam suam voluntatem in presentia et testimonio infrascriptorum testium me prefatum Rainerium notarium scribere rogasset, inter cetera, que ibi disposuit et ordinavit, iudicavit et legavit pro anima sua heremitorio sancte Marie de Parrana medietatem integram pro indiviso omnium terrarum cultarum et incultarum et nemoratarum cum domo, vineis, olivis et arboribus super se habentium, quas idem Albertus habet et sibi pertinent vel pertinere videntur in villa dicta Culliano de Sancto Regulo et eius confinibus et etiam in pleberio de Scutriano, cum omni iure et actione et proprietate et pertinentiis eorum. Et aliam medietatem integram pro indiviso ipsarum terrarum omnium cum domo, vineis, olivis et arboribus super se habentium relinquo et iudico ecclesie et heremitorio sancti Iacobi de Aquaviva cum omni iure et actione et proprietate et pertinentiis eorum, sicut est supra. Et etiam ipsa iura omnia et actiones inde sibi quoquo modo vel iure competentes et competentia dictis heremitoriis pro equali parte legavit et iudicavit.

Et insuper legavit et iudicavit dicto heremitorio sancti Iacobi de Aquaviva seldos decem denariorum. Et reliquit dictus Albertus fideicommissarios et distributores totius sui iudicii priorem fratrum predicatorum sancte Katerine, qui pro tempore erit, et Albertum Bellucchi et Orlandinum de Fabro

de Kinthica, quorum fidei et legalitati hec et alia, que in suo testamento continentur, commisit.

Hec et alia que in suo testamento sive ultima sua voluntate continentur prefatus Albertus me Rainerium iudicem et notarium domini imperatoris scribere rogavit.

Actum Pisis Kinthice, in apotheca domini Ruberti de Cantone prope Pontem Novum, presentibus Rugerio quondam Petri et Consilio quondam Fraxinecti et Ugolino quondam Bonacursi, ad hec testibus rogatis, dominice incarnationis anno MCCXXXVIII, indictione X, nono Kalendas septembris.

(S) Ego Rainerius filius quondam Sassi de Ripa Arni, domini Henrici serenissimi Romanorum imperatoris iudex et notarius, prefate dispositioni interfui et hanc inde cartam rogatus scripsi atque firmavi.

8 febbraio 1240

Biblioteca Labronica di Livorno, Diplomatico S. Iacopo in Acquaviva n. 4.
1240 febbraio 8, Indizione 13.

Edizioni:

M. TIRELLI CARLI, *Testimonianze di vita eremitica nel territorio livornese: da S. Maria di Parrana alla Sambuca (secoli XIII-XIV)*, in *Studi per Enrico Fiumi, I*, Pacini Editore, Pisa 1979, p.193-195.
Il Diplomatico di Livorno 1133-1456. Volume I, cur. **E. GRANTALIANO, D. PESCIATINI & A. FLORIDI**, Quaderni della Labronica [Studi e testi 6], Livorno 1994, n. 2, pp. 15-17.

Scritte sul verso:

Di mano coeva: «De divisione vinee facta inter Petrum et Rainerium et heremitorium de Parrana»; di mano più tarda: «Pro indiviso»; «Carta de la terra di Sancta Giulia»; «..... Bartolo notario da Vico»; «Terra della plebe vecchia»; «Num.57, 1240».

Regesto:

I fratelli Pietro e Ranieri Visconti figli del fu Enrico di Ricoveranza Visconti, da un lato, e i fratelli Bernardino e Gerardo Visconti figli del fu Scorcialupo Visconti, che agiscono a nome di frate Filippo priore del romitorio di Santa Maria di Parrana, per conto dello stesso romitorio, dall'altro lato, si dividono fra loro un pezzo di terra posto in Livorno nel luogo detto "A la Pieve": una parte, dal lato verso la pieve di Santa Giulia, pari a 1/3, va ai fratelli Pietro e Ranieri Visconti, e l'altra parte, dal lato della Croce della Via, pari ai 2/3, deve andare al romitorio. I rappresentanti del romitorio si impegnano a che il priore Filippo ratifichi l'accordo a nome del romitorio e dei suoi successori.

Fatto in Pisa.

Rogò il notaio Bartolomeo da Vico figlio del fu Bellomo.

Originale:

In eterni dei nomine amen. Manifestum sit omnibus quod Petrus et Rainerius Vicecomites germani quondam Henrici Ricoverantie Vicecomitis ex una parte et Bernardinus et Gerardus Vicecomites quondam Scorcialupi Vicecomitis pro fratre Phylippo dei gratia priore heremitorii sancte Marie de Parrana et pro ipso heremitorio et eiusdem prioris et heremitorii in hoc negotium gerentes ex altera, de petio terre cum vinea positum in confinibus de Liburna loco dicto *a la Pieve*, quod tenet unum caput in via publica, aliud caput in terra cum vinea que est Pandulfi Beccunerii et filiorum quondam Lamberti, latus unum in terra quam tenet Bandinellus quondam Bonaccii, que est filiorum Orlandi videlicet Ildebrandi Soavisi et consortium, aliud latus in terra suprascriptorum filiorum Orlandi, talem inter se fecerunt divisionem quod una pars pro diviso totius suprascripti petii terre sit et esse debeat suprascriptorum Petri et Rainerii, ex latere terre quam tenet Bandinellus suprascriptus, quod latus est ex latere plebis sancte Iulie de Liburna, quam partem suprascripti Petrus et Rainerius in eorum parte pro diviso ceperunt; et due partes pro diviso totius suprascripti petii terre sint et esse debeant suprascripti heremitorii ex latere Crucis Vie, quas duas partes Bernardinus et Gerardus suprascripti pro dicto heremitorio ceperunt in partem ipsius heremitorii. Et sic inter se, ut dictum est, dictas partes ad invicem concesserunt habere et firmas et stabiles esse ad partem stantem.

Qui Bernardinus et Gerardus eorum proprio nomine convenerunt et promiserunt suprascriptis Petro et Rainerio per stipulationem sollempnem, ad penam dupli extimationis suprascripte eorum partis suprascripti petii terre, sub extimatione qualis tunc fuerit, stipulatione promissam, quod ipsi facient ita quod frater Philippus suprascriptus, pro dicto heremitorio, et sui successores habebunt firmam dictam divisionem et quod eosdem Petrum et Rainerium vel aliquem eorum vel eorum heredes aut quibus dederint non imbrigabunt de suprascripta eorum parte vel eius occasione, et quod facient ita quod dictus prior pro dicto loco, consensu fratrum suorum vel maioris partis eorum, dabit et cedet et mandabit predictis Petro et Rainerio omnia iura et actiones dicto heremitorio competentes et competentia in dicta et de dicta parte suprascripti petii, quam in eorum parte ceperunt, ad eorum

voluntatem et inquisitionem. Alioquin dictam penam et omnes expensas, que inde fierent, eis per stipulationem sollempnem dare et solvere convenerunt et promiserunt, obligando se et eorum heredes et omnia eorum bona eis et eorum heredibus, renuntiando omni iuri et legi omnique auxilio et exceptioni atque defensionem unde se a dicta pena vel ab aliquo predictorum tueri vel iuvare aut liberari possent.

Qua re Petrus et Rainerius convenerunt et promiserunt per stipulationem sollempnem supradictis Bernardino et Gerardo, pro dicto priori et heremitorio recipientibus, ad penam dupli extimationis suprascriptarum duarum partium quas pro dicto heremitorio ceperunt in parte et pro parte suprascripti heremitorii, stipulatione promissam, quod ipsi de cetero per se vel per alium non imbrigabunt vel molestabunt per placitum vel alio modo dictum priorem pro dicto heremitorio vel suos successores neque ipsum heremitorium de predictis duabus partibus vel earum occasione, quas in partem suprascripti heremitorii ceperunt. Et omnia iura et actiones, eis competentes et competentia in predictis duabus partibus, suprascriptis Bernardino et Gerardo, pro dicto heremitorio recipientibus, cesserunt et mandaverunt, quatinus inde dictus prior et sui successores pro dicto heremitorio et ipsum heremitorium et quibus dederint nomine dicti heremitorii agant et experiantur contra omnem personam et locum. Alioquin dictam penam et omnes expensas quas inde fierent eis per stipulationem sollempnem pro dicto heremitorio recipientibus dare et solvere convenerunt et promiserunt, obligando se et suos heredes et bona eorum suprascriptis Bernardino et Gerardo, pro dicto heremitorio recipientibus, renuntiando omni iuri et legi omnique auxilio et exceptioni atque defensionem, unde se a dicta pena vel ab aliquo predictorum tueri vel iuvare aut liberare possent.

Et taliter dicti contrahentes hec scribere rogaverunt me Bartholomeum notarium.

Actum Pisis in apotheca domus Symonis iudicis de Farneto, presentibus Benenato Sardo et Bonaccorso muraiolo, testibus ad hec rogatis, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo, indictione tertiadecima, sexto Idus februarii.

(S) Ego Bartholomeus de Vico filius quondam Bellomi, notarius domini Frederici dei gratia tunc Romanorum regis semper augusti et regis Sycilie, predictis interfui et hanc inde cartam ut dictum est, rogatus, scripsi et firmavi.

5 febbraio 1242

Biblioteca Labronica di Livorno, Ms. 85, c.417v: manoscritto di **MARIANO SANTELLI**, *Stato antico e moderno di Livorno in Toscana*, della seconda metà del XVIII secolo.

Edizioni:

G. VIVOLI, *Annali di Livorno dalla sua origine sino all'anno di Gesù Cristo 1840, colle notizie riguardanti i luoghi più notevoli antichi e moderni dei suoi contorni*, Volume I, Livorno 1842, pp.299-301.

2^a edizione: U. Bastogi Editore, Volume I, Livorno 1974, pp.196-1977.

Note:

Originale perduto. Da Mariano Santelli risulta che all'epoca la pergamena aveva la seguente collocazione: "*in Archivio S. Ioannis de Liburno sub littera E*".

Il testo deriva dalla copia fatta fare nel XVIII secolo da Mariano Santelli e allegata al suo manoscritto. Le varianti dell'edizione del Vivoli derivano da errori di lettura dal manoscritto Santelli [e.g. "Gregorius" invece di "Georgius"]. Le lacune del manoscritto sono state integrate dal curatore, seguendo le formule in uso all'epoca della stesura della pergamena e la nomenclatura nota da altre fonti. Gli asterischi indicano spazi vuoti esistenti nella copia del Santelli, che il curatore non è stato in grado di colmare.

Regesto:

Don Matteo, eremita di San Iacopo in Acquaviva, e Giorgio da Livorno figlio del fu Villano, fidecommissari del testamento del defunto Iacopo del fu Ranieri da Porto Pisano, che agiscono anche a nome di Cirilliano da Livorno, al fine di poter erogare i lasciti previsti nel testamento, hanno venduto a don Giovanni, priore del romitorio di San Iacopo in Acquaviva, che comprava a nome del romitorio, un pezzo di terra campìa posto in Laiano, della misura di 8 staiori, con tutti i diritti connessi, al prezzo di 53 lire di denari pisani ora correnti, e hanno ricevuto in pagamento l'intero ammontare.

Fatto in Pisa.

Rogò il notaio Ranieri figlio di Sasso da Ripa d'Arno.

Copia:

In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni amen. Anno ab incarnatione eius millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, indictione XV, Nonas februarii.

Ex huius serie instrumenti clarum fiat qualiter donnus Matheus heremita sancti Iacobi de Acquaviva et Georgius de Liburna [quondam Villani, fidei] commissarii iudiciorum Iacobi quondam Rainerii de Portu Pisano ***** relictorum ***** ut continetur ***** in suo testamento rogato a ***** notario, quilibet eorum fideicommissario nomine in solidum, [pro se ipsis et pro Cirilliano] de Liburna, quod beneficiarius institutus a predicto Iacobo in residuo bonorum suorum que restant a supradictis iudicibus ***** in suo testamento continetur principaliter, quod suo nomine pro se in solidum pro solvendis² et expediendis iudiciis [a dicto] Iacobo relictis, ut dictum est, vendiderunt et tradiderunt domino Ioanni, priori heremitorio sancti Iacobi de Acquaviva, recipienti pro suprascripto heremitorio, unum petium terre campię positum in Laiano, quod tenet primum terre caput in terra ***** et in terra Iacobi Moruelli et partim in terra archiepiscopatus Pisani, aliud caput in terra Rustichelli Arcarii et partim in terra Tomei de casa Lanfranchi et Gherardi de Sancto Cassiano, latum in terra Iacobi Perugini, aliud latum in terra fratrum [hospitalis] de sancto Leonardo et in terra *****; et est pro mensura totum ipsum petium statoria octo et si plus vel minus est; cum omni iure [actione] et proprietate et pertinentia sua.

Et insuper dicti fideicommissarii, fideicommissario nomine [pro se ipsis] et pro dicto Cirilliano, suo nomine in solidum vendiderunt, dederunt, cesserunt atque mandaverunt supradicto domino Ioanni

² persolvendis.

priori, pro supradicto heremitorio acceptanti et recipienti, omnia iura et actiones utiles et directas sibi et cuique eorum in supradicta et de supradicta re vendita et tradita et eius [possessione] vel iure competentes et competentia, quatinus his omnibus suo directo et utili nomine, pro suprascripto heremitorio, valeat experiri et excipere contra omnem personam et locum.

Pro pretio librarum quinquaginta trium denariorum Pisanorum nunc [currentis monete. Quod totum pretium coram] me Rainerio notario et testibus infrascriptis dictus prior, pro suprascripto heremitorio. eis dedit et solvit. Et dicti [fideicommissarii], fideicommissario nomine pro se et pro dicto Cirilliano, pro se et suo nomine ut [dictum est] ***** libras quinquaginta *****. De quo toto supradicto pretio dicti fideicommissarii et supradictus Cirillianus ut dictum est vocaverunt se bene pagatos et [ipsum priorem, pro] supradicto heremitorio, et ipsum heremitorium liberum et quietum.

Et per solemnem stipulationem dicti fideicommissarii, fideicommiss[ario nomine pro se ipsis] in solidum, et dictus Cirillianus, pro se et suo nomine principaliter in solidum, convenerunt et promiserunt dicto domino priori recipienti et acceptanti ad penam dupli estimationis supradictę rei traditę sub estimatione qualis etiam tunc [fuerit], stipulatione promissam, obligando [se ipsos dicti] fideicommissarii fideicommissario nomine et etiam bona que fuerunt dicti Iacobi defuncti in solidum et dictum Cirillianum obligando [se suo nomine] in solidum et bona sua pro supradictis omnibus [et singulis, quod] de supradicta vel pro supradicta re vendita et tradita et de eius possessione et iure vel eorum possessionibus et iuribus ***** ratione ullo modo vel ingenio quolibet per se vel per alium non imbrigare vel molestare neque per placitum vel alio modo fatigare dictum dominum priorem heremitorii sancti Iacobi neque dictum heremitorium sive cui dederint vel habere decreverint ***** ab omni imbrigante persona et loco ***** defendere [et disbrigare; et] auctores et defensores in solidum inde eis existere cum omnibus suis suorumque heredum expensis [iudicum] et advocatorum et omnes alie [que si inde fuerint ipsas eis] resarciturum promiserunt.

Et sic dicti fideicommissarii, fideicommissario nomine in solidum, et dictum Cirillianum principaliter et suo nomine ***** possessione supradictę rei venditę et traditę pro supradicto heremitorio, renuntiantes omni iure et auxilio et exemptionibus et constitutionibus et specialiter beneficio epistule divi Adriani et novo iuri autentico[rum] ***** possent et nomina[tim] a pena.

Et in tali ordine hanc cartam me Rainerium iudicem et notarium scribere rogaverunt.

Actum Pisis [in apotheca turre] de Cantone, presentibus Gerardo quondam Garfagnini et Mattheo quondam Uguiccionis Golię, testibus ad hec rogatis.

Ego Rainerius filius quondam Sassi de Ripa Arni, domini Henrici serenissimi imperatoris iudex et notarius, predictis interfui et hanc inde cartam rogatus scripsi et firmavi.

10 febbraio 1243

ASPi Diplomatico Coletti n.108.
1243 febbraio 10, Indizione 1. Corta.

Note:

Pergamena inedita.

Regesto:

Don Luca, abate del monastero di san Paolo a Ripa d'Arno, a nome del monastero, dà a livello per 50 anni a frate Giovanni, priore della chiesa e romitorio di San Iacopo in Acquaviva, che riceve a nome del romitorio, un pezzo di terra posta sull'Arno, con edificio, per il canone annuo di 9 soldi pisani.

Fatto a Pisa nel monastero di San Paolo.

Rogò Buonalbergo di Bonaccorso, notaio.

Originale:

In eterni dei nomine amen. Dominice incarnationis anno millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, indictione prima, quarto Idus februarii. Ex huius publici instrumenti clareat lectione quod donnus Lucas dei gratia abbas ecclesie et monasterii sancti Pauli de Ripa Arni pro ipsa ecclesia et monasterio, consensu et voluntate infrascriptorum [fratru]m et monacorum suprascripti monasterii, videlicet donni Mathei cammerarii suprascripti monasterii et donni Marci et donni Bernardi et donni Lanberti et donni Pauli et donni Lanfranci [et don]ni Iacobi et donni Adiuti et donni Geronimi et fratris Gerardi et fratris Filippi et fratris Danielis et fratris Christofani et fratris Luce et fratris Bartholomei, pro bono et utilitate suprascripte ecclesie et monasterii, dedit cessit et concessit atque mandavit libellario nomine ad censum persolvendum fratri Iohanni priori ecclesie et heremitorii sancti Iacobi de Aquaviva pro ipsa ecclesia et heremitorio recipienti, unum petium terre super quod est edificium quod olim fuit Henrigi Usabelle quondam Mathei, quod tenet unum capud in Arno, aliud capud in terra suprascripti monasterii sancti Pauli, latus in terra suprascripti monasterii super quam est edificium filiorum quondam Bononcontri, aliud latus in via publica, ad habendum et tenendum et gaudendum et usufructuandum et habitandum per se et suos fratres suprascripti heremitorii et per eius successores hinc ad annos quinquaginta proxime et completos, ad censum inde per se et suos successores suprascripti heremitorii et pro ipso heremitorio anuatim persolvendum apud suprascriptum monasterium sancti Pauli sive cammerario ipsius monasterii pro ipso monasterio soldorum novem denariorum Pisanorum nunc currentium. Qui suprascriptus abbas pro suprascripto monasterio consensu suprascriptorum suorum fratrum et monacorum suprascripti monasterii convenit et promisit suprascripto fratri Iohanni pro ipso heremitorio sancti Iacobi recipienti, obligando se pro suprascripto monasterio consensu suprascriptorum suorum fratrum et monacorum suprascripti monasterii et suos successores et ipsum monasterium et res et bona ipsius monasterii et ad penam librarum quinquaginta denariorum per stipulationem promissam suprascriptum terre petium ei nec eius successoribus pro ipso heremitorio nec ipsi heremitorio in toto suprascripto termine non auferre nec auferri consentire nec aliquam superimpositam ei pro suprascripto heremitorio nec ipsi heremitorio facere, et auctorem et de[nsorem ei, pro suprascripto] heremitorio et ipsi heremitorio in toto suprascripto termine pro suprascripto monasterio existere, cum omnibus expensis suprascripti monasterii, et pena soluta suprascripta loca[tio] permaneat. Et dictus frater Iohannes pro suprascripto heremitorio per stipulationem convenit et promisit suprascripto domino abbati pro suprascripta ecclesia et monasterio recipienti, obligando [se pro suprascripto he]remitorio et suos successores suprascripti heremitorii et ipsum heremitorium et eius bona, predictum terre petium a suprascripto monasterio per totum suprascriptum terminum tenere et non dimictere et predictum censum solidorum novem denariorum suprascripto monasterio vel cammerario ipsius monasterii vel alii persone pro ipso monasterio suprascriptum monasterium omni anno in festo sancti Stefani dare et solvere alioquin penam suprascriptam ei recipienti pro suprascripto monasterio pro se et suprascripto heremitorio dare promisit et pena

soluta predictum libellum suo iure cadat. Actum Pisis Kintlice in claustro interiori suprascripti monasterii sancti Pauli, in porticu refectorii suprascripti monasterii, presentibus Albertino quondam Bonaccursi et Iohanne quondam Viviani, testibus rogatis ad hec. (S) Ego Bonalbergus Bonaccursi quondam filius, domini Frederici serenissimi Romanorum imperatoris notarius, predictis interfui et hec omnia rogarus scripsi et firmavi.

21 febbraio 1248

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo Luoghi Vari, n.72.
1248 febbraio 21, Indizione 6.

Edizioni:

Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo Luoghi Vari. I (954-1248), cur.: **L. CARRATORIO & G. GARZELLA**, Pacini Editore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano. Fonti 2], Ospedaletto (PI) 1988, n.73 pp.118-9.

Scritte sul verso:

Di mano del XIII secolo: «Quando frater Benedictus fuit procurator»; del XIV secolo: «Procura conventus Aque Vive»; «Pro conventu Liburni»; segnature archivistiche: «n. 3 1248, 20 febbraio; Toscani, 3; 20 febbraio 1248, n.126; 51; 1248 febbraio 20, indizione VI ab incarnatione; 58; 76».

Note:

L'edizione Carratori-Garzella mette come data 20 febbraio 1248.

Regesto:

Frate Giovanni, priore del romitorio di San Iacopo in Acquaviva, e gli altri frati nominano frate Benedetto, loro confratello, procuratore generale per rappresentare l'eremo in tutte le cause.

Fatto in Livorno.

Rogò il notaio Perfetto.

Originale:

(S) In Christi nomine amen. Pateat omnibus evidenter quod frater Iohannes, prior heremitorii sancti Iacopi de Aquaviva, habito acsensu et consensu fratris Petri et fratris Iohannis et fratris Agustini et fratris Gratiani et fratris Simeonis et fratris Pauli, heremiti dicti heremitorii, et ipsi idem heremiti cum consensu et voluntate dicti prioris, et ex previsa et bene cognita uctilitate suprascripti heremitorii, omnes insimul unanimiter et concorditer, fecerunt et constituerunt atque ordinaverunt fratrem Benedictum, heremitam dicti heremitorii, pro ipso heremitorio, presentem et suscipientem, eorum et dicti heremitorii procuratorem, actorem, sindicum et responsalem et certum nuntium generalem in omnibus causis et placitis quas idem prior, pro ipso heremitorio, sive suprascripti fratres, pro dicto heremitorio, abent vel habere sperant cum quacumque persona et loco, coram iudice ecclesiastico et seculari seu in curia et extra curiam, ad placitandum et incipiendum et interrogandum et respondendum et ad compromictendum et ad arbitros eligendos per ractionem vel laudamentum, et quocumque modo eidem fratri Benedicto placuerit et in quacumque persona sibi fratri Benedicto placuerit, et ad sententiam audiendam et ad appellandum et tenere accipiendum et ad paciscendum et ad cartulam et cartulas pactionum et conventionum et promissionum et finis et refutationis inde faciendas et faciendam et ad alium procuratorem, actorem, sindicum et responsalem et defensorem constituendi, si necesse fuerit, et ad omnia et singula generaliter facienda que ad predicta vel ad aliquod predictorum pertinet seu pertinere possunt, et qui idem prior, consensu dictorum suorum fratrum, et ipsi idem fratres cum eo, pro dicto heremitorio, facere possunt, promictentes firmum et ratum omni tempore habituri dicti prior et fratres, pro dicto heremitorio, quiquid dictus frater Benedictus inde fecerit et contra non venient vel facient ullo modo.

Et taliter Perfectum iudicem et notarium domni imperatoris scribere rogaverunt.

Hec omnia acta sunt inter dictum heremitorium, presentibus Iacopo filio Bonacursi de Chafagiaregi et Lucterio quondam Heremanni de Rocamoççani, dominice incarnationis anno millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, decimo Kalendas martii, indictione sexta.

(S) Perfectus, iudex et notarius domni imperatoris, his omnibus interfui et hec ad memoriam scripsi.

21 mar

25 ottobre 1248

ASPi Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n. 381. Diplomatico generale n. 2063.
1249 ottobre 25, Indizione 8. Corta.

Note:

Pergamena inedita.

Regesto:

Benvenuto del fu Giunta da Livorno vende all'ospedale di Stagno la metà *pro indiviso* di un pezzo di terra posto nei confini di Livorno in luogo detto Guaralda, per il prezzo di 18 lire e 10 soldi di denari pisani.

Fatto nella casa di Livorno del detto ospedale.

Rogò Perfetto giudice e notaio.

Originale:

(S) In Christi nomine amen. Pateat omnibus evidenter quod Benvenutus de Liburna, filius quondam Iunte, vendidit et tradidit domino Bono, rectori ecclesie et hospitalis sancti Leonardi de Stagno, recipienti pro dicta ecclesia et hospitali, medietatem integram pro indiviso unius petii terre pastinate, positum in confinibus Liburne in loco dicto Guaralda. Quod totum petium tenet unum capud in terra Ruberti quondam Belenati de Liburna, aliud capud in terra Tedicii de Liburna, latus unum in terra pastinata ecclesie sancti Iacopi de Aquaviva, aliud latus in terra pastinata Pandulfi Becchonieri vel si alii sunt confines, cum omni iure et actione et proprietate hac pertinentia sua.

Insuper dictus Benvenutus dedit, tradidit, cessit adque mandavit suprascripto domino Bono, recipienti pro dicta ecclesia et hospitali, omnia iura omnesque actiones et ractiones tam utiles quam directas sibi quoquo iure vel modo competentes et competentia, quatinus nomine proprio dicte ecclesie et hospitali inde agat et experiatur contra omnem aliam personam et locum.

Pro pretio librarum decem et octo et solidorum decem denariorum Pisanorum. Quas habuit et recepit a suprascripto domino Bono, dante et solvente coram Perfecto iudice et notario et testibus infrascriptis videntibus, in veritate bene numeratos.

Quare suprascriptus Benvenutus per sollennem stipulationem convenit et promisit suprascripto domino Bono, recipienti pro dicta ecclesia et hospitali, se suosque heredes et bona sua obligando ad penam dupli totius extimactionis suprascripte rei vendite et tradite qualis tunc fuerit stipulatione promissa, quod de suprascripta vel pro suprascripta rei^{sic} vendita et tradita vel eius obcatione non inbrigabit vel molestabit neque per placitum fatigabit suprascriptum dominum Bonum, pro dicta ecclesia et hospitali, nec dictam ecclesiam vel hospitalem vel suos successores vel prosuccessores sive cui dederint vel habere decreverint et quod ab omni inbriganti persona et loco eum, pro dicta ecclesia et hospitale, et dictam ecclesiam et hospitalem defendet et disbrigabit et indempnes conservabit et actor et defensor inde ei pro dicta ecclesia et hospitale et dicte ecclesie et hospitali existet, cum omnibus suis suorumque heredum expensis curie et advocatorum et omnibus aliis, que si inde fierent, se ei eas in integre per stipulationem resarciturum promisit.

Et precepit ei pro predicta ecclesia et hospitale ingredi possessionem suprascripte rei vendite et tradite, quatinus nomine dicte ecclesie et hospitali iure proprio possideat. Et constituit se pro dicta ecclesia et hospitale possidere.

Quam possessionem vacuam et disbrigatam ab omni persona et loco et ab omni et de omni omnere expeditam ei pro dicta ecclesia et hospitale et dicte ecclesie et hospitali dare, eumque in eam facere potioem suprascripto domino Bono recipienti pro dicta ecclesia et hospitale convenit et per stipulationem promisit, se suosque heredes et bona sua obligando, ad eandem suprascriptam penam stipulatione promissam sub ypotheca suorum bonorum et rerum.

Hec omnia acta sunt intra domum dicti hospitalis, quam habet prope Liburnam, presentibus Mindino quondam Bonaccii de Liburna et Bonacurso quondam Bonaiuti de Valle Arni et Iacopo quondam Viviani de Cararia Sancte Marie et aliis pluribus, testibus ad hec rogatis, dominice

incarnationis anno millesimo ducentesimo quadragesimo nono, octavo Kalendas novembris, indictione septima.

(S) Ego Perfectus, iudex et notarius domini imperatoris, his omnibus interfui et hec ad memoriam scripsi, dante ecclesia et hospitale.

28 settembre 1252 - 8 luglio 1253

Biblioteca Labronica di Livorno, Ms. 85, cc.367v-368r: **MARIANO SANTELLI**, *Stato antico e moderno di Livorno in Toscana*, della seconda metà del XVIII secolo.

Edizioni:

G. VIVOLI, *Annali di Livorno dalla sua origine sino all'anno di Gesù Cristo 1840, colle notizie riguardanti i luoghi più notevoli antichi e moderni dei suoi contorni*, Volume I, Livorno 1842, pp.295-298.

2^a edizione, vol. I, U. Bastogi Editore, Livorno 1974, pp. 195-196.

Note:

Pergamena perduta. Secondo il Santelli, all'epoca la pergamena si trovava "*In Archivio Sancti Iohannis de Liburno sub Littera B*".

Regesto:

Guglielmo Bianco, marchese di Massa e di Corsica, figlio del fu marchese Andrea, anche a nome del marchese Alberto suo fratello, alla presenza di frate Benetto, priore del romitorio di San Iacopo in Acquaviva, conferma la donazione fatta il 13 aprile 1229 dalla *donicella* Benedetta, marchesa di Massa e signora del giudicato di Cagliari, e da suo marito Rainaldo, anche egli marchese e giudice di Cagliari, al romitorio del beato Iacopo apostolo in Acquaviva, in quell'occasione rappresentato da Bartolomeo del fu Rosso. La donazione consisteva in tutte le terre coltivate e incolte che alcuni livornesi tenevano a nome dei marchesi di Massa, sia terre date loro dalla marchesa Benedetta sia dal di lei padre Guglielmo o da altri consorti della marchesa, poste in Livorno e nel suo territorio. Tutti i livornesi in questione e i loro discendenti dovevano quindi dare al romitorio i redditi che usavano in precedenza dare ai marchesi. La marchesa Benedetta inoltre concesse al romitorio il diritto perpetuo di tagliare nel bosco di Coteta, di proprietà dei marchesi, tutta la legna che servisse da ardere nel monastero.

Fatto in Pisa.

In seguito, l'8 luglio 1253, il detto marchese Alberto confermò quanto in precedenza aveva confermato suo fratello Guglielmo Bianco.

Fatto in Pisa.

Rogò il notaio Leonardo del fu Albertino da Calcinaia.

Copia:

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ex huius publici instrumenti serie sit omnibus manifestum quod ego Guilielmus Blancus, marchio Massę Corsicę, filius quondam Andree marchionis, pro me et etiam pro Alberto marchione germano meo, presente etiam fratre Benecto priore heremi sancti Iacobi de Aquaviva et me pro ipso heremo interrogante, donationem et traditionem quas domina donicella Benedicta, marchesana Massę et domina iudicatus Kallaretani, et Rainaldus, vir eius, similiter marchio Massę et iudex Kallaritanus, pro remedio animarum suarum et etiam pro remedio animarum parentum ipsius domine donicelle, inrevocabiliter inter vivos fecerunt omnipotenti deo et ecclesie et heremitorio beati Iacobi apostoli de Aquaviva et Bartholomeo quondam Rossi, agenti et recipienti pro supradicta ecclesia et heremitorio, de omnibus terris domesticis et agrestibus et de toto eo quod Ildebrandinus Rossus et Barone germani quondam Bernarducci et Leonardus quondam Henrici Maconis et fratres de Liburna habent et tenent vel pro eis habebunt et tenebunt sive eorum antecessores habuerunt et tenuerunt a supradicta domina donicella vel a domino marchione Guilielmo olim patre suo vel ab eorum consortibus in Liburna et eius confinibus et de toto usufructu et reddito et iure eorum, quos supradicti vel aliquis eorum [et eorum] antecessores curie marchionum annuatim dant et reddunt sive reddere et dare consueverunt et de tot lignis de nemore suo de Coteta dictę domine donicelle et eius parte quot sufficiant et sufficere debeant abundanter annuatim in perpetuum supradictę ecclesie et heremo et fratribus et personis ibidem commorantibus et commoraturis pro comburendo ibidem, ut in carta inde rogata

dominice incarnationis anno 1229, indictione I, Idus aprilis, et scripta a Lando notaio continetur, et etiam omnia et singula que in eadem carta mihi a Rainerio notario coram suprascriptis testibus lecta continentur, sibi prefato priori pro prefato heremo et ecclesia sancti Iacobi agenti et recipienti pro salute et remedio animarum nostrarum et mortuorum nostrorum confirmo et firma et rata esse volo et precipio et bailiam et potestatem pro me et pro supradicto Alberto do et concedo tibi pro supradicto heremo recipienti intrandi in possessionem omnium predictorum auctoritate ipsius heremi et de cetero eius, nomine et iure proprio, possidendi; que me pro te et ipso heremo constituo possidere.

Et per solemnem stipulationem ego dictus Guilielmus. pro me et meo nomine proprio principaliter in solidum et etiam pro suprascripto Alberto germano meo in solidum, convenio et promitto tibi supradicto fratri Benecto, pro predicto heremo et eius nomine agenti et recipienti, quod ego et mei heredes predicta omnia et singula predictorum semper habebimus firma et tenebimus rata et contra predicta vel aliquid predictorum non veniemus nec faciemus et quod faciebimus et curabimus ita quod dictus Albertus et sui heredes predicta omnia et singula predictorum confirmabunt et firma et rata habebunt semper et quod contra predicta vel aliquid predictorum non venient nec facient aliquo modo vel iure. Alioquin libras ducentas denariorum novorum Pisane monete pro pena et nomine pene et dispendium totum quod inde et de predictis et eorum occasione haberent et fieret ego pro me et meo nomine proprio principaliter in solidum et etiam pro supradicto Alberto in solidum, ut una tantum solutio sufficiat, tibi supradicto priori, pro predicto heremo agenti et recipienti, per solemnem stipulationem dare et solvere convenio et promitto. Qua pena totiens peti et exigi valeat cum effectu quotiens contra predicta vel aliquid predictorum factum fuerit; et pena soluta predicta omnia semper firma et illibata persistent. Et me et meos heredes et bona et dictum Albertum et eius heredes et bona in solidum tibi, pro supradicto heremo accipienti, et ipsi heremo et tuis successoribus pro supradictis omnibus obligo, renuntiando beneficio epistole divi Adriani et novorum constitutionum et omni iuri, legibus et constitutionibus et omni alio legitimo auxilio, quo vel quibus me pro me vel pro dicto Alberto vel ipse Albertus a supradictis vel ab aliquo supradictorum sive a supradicta pena tueri vel iuvari aut liberari posset.

Et taliter hec omnia me Rainerium notarium quondam Bartolomei de Calcinaria supradicti contrahentes scribere rogaverunt.

Actum Pisis in apotheca Bocci quam conducit Ioannes Falconis prope ecclesia Sancti Nicolai, presentibus ipso Ioanne et Simeone talliatore quondam Vitalis et Matheo quondam Uguccionis Golie, testibus ad hec rogatis, dominice incarnationis anno 1253, indictione XI, quarto Kalendas octobris.

Postea vero dominice incarnationis anno 1254, indictione XI, octavo Idus iulii, et eodem supradicto loco, ego Albertus supradictus mea sponte et bona voluntate, pro remedio et salute anime mee et parentum meorum, supradictam donationem, confirmationem, promissionem, dationem et bonorum meorum obligationem, factas a supradicto Guilielmo, germano meo, pro se et pro me, tibi supradicto priori supradicti heremi sancti Iacobi, pro ipso heremo recipienti, presente te eodem fratre Benecto priore supradicto et me inde pro supradicto heremo et nomine ipsius heremi interrogante, tibi eidem priori, pro ipso heremo recipienti, confirmo et ratifico et firma et rata habeo et mihi placent.

Presentibus Matheo quondam Uguccionis Golie et Lamberto eius filio et Simeone talliatore quondam Vitalis et Rainerio Bascio quondam Peregrini Modici, testibus ad hec rogatis.

Ego Leonardus quondam Albertini de Calcinaria, imperialis aule notarius, has cartas a supradicto Rainerio notario rogatas, prout in eis actis inveni, ita, ex commissione mihi ab eo facta de universis eius scedis et actis scribendi et firmandi cartas, sicut in carta facta codicilli, rogata per Angelerium quondam Hurselli notarium continetur, scripsi et firmavi.

9 febbraio 1253

Biblioteca Labronica di Livorno, Diplomatico Ospedali Riuniti n. 5.
1253 febbraio 9, Indizione 11.

Edizioni:

Il Diplomatico di Livorno 1133-1456. Volume I, cur. **E. GRANTALIANO, D. PESCIATINI & A. FLORIDI**, Quaderni della Labronica [Studi e testi 6], Livorno 1994, n. 2, pp.18-19.

Scritte sul verso:

Si nota una scritta illegibile. Precedenti segnature archivistiche: «1253»; «D».

Note:

Pergamena di forma trapezoidale con due lacerazioni sul margine destro. Misura mm 130/147x317. Rigatura a secco. Questa era la pergamena D nella vecchia classificazione del convento di San Giovanni.

Regesto:

Il monaco Giovanni del monastero di San Rossore, frate Matteo del romitorio di San Iacopo in Acquaviva e Leonardo del fu Enrico Mucone, arbitri eletti da frate Benedetto priore del romitorio di San Iacopo in Acquaviva da una parte, e da Ildebrandino Rosso da Livorno, che agiva per conto proprio e per i suoi figli Genovese e Bernarduccio, e per conto di alcuni altri livornesi, dall'altra parte, che erano in lite tra di loro per il possesso di alcuni appezzamenti di terreno, riconoscono i diritti del romitorio e sentenziano che gli occupanti delle terre in questione siano tenuti a dare annualmente un'amula di vino per ogni singolo *staioro* di terra coltivata o da coltivarsi a vigna.

Dato in Livorno.

Rogò il notaio Brasca figlio di Attaviano.

Originale:

In eterni dei nomine amen. Omnibus hanc scripturam legentibus sit publice manifestum quod donnus Iohannes monachus monasterii sancti Russorii et frater Matheus heremita ecclesie et heremitorii sancti Iacopi de Aquaviva et Leonardus Mucone quondam Henrici Muconis, arbitri et laudatores electi a fratre Benedicto priore predictae ecclesie et heremitorii, pro dicta ecclesia et heremitorio, ex una parte, et ab Ildebrandino Rubeo de Liburna quondam Bernarducii pro se et Genovese et Bernarducio filiis suis et Bonacurso Mucone quondam Henrici Muconis et Rainerio Rubeo quondam Baronis et Bonricovero eius germano et Luparello de Sancto Quilico et Porcellino quondam Gerardi et Teperto Vechio quondam suprascripti Baronis et [nomne] aliorum suorum sociorum et heredum Ugolini Muconis ex altera parte, super providendo et cognoscendo et sententiando per rationem seu per arbitrium et amicabilem compositionem litem que vertebatur inter eos occasione iustitie quorundam petitorum terrarum, ut in carta rogata a Federico notario continetur. Unde nos predicti arbitri et laudatores, visis et auditis, intellectis et investigatis litem et differentiam que inter predictas partes vertebatur, sic dicimus et sententiamus et nostro laudamento deffinimus et predictos Ildebrandinum et Genovesem et Bernarducium et Bonacursum et Rainerium et Bonricoverum et Tepertum et Pisanum et Luparellum et heredes Ugolini et eorum socios condepnamus quod ipsi debeant dare annuatim pro singulo stario terre vineate et vineature ad stariorum pertice donec tenebunt a suprascripta ecclesia et heremitorio terras ad iustitiam amulam unam vini ad amulam mensuratoriam, et illi qui non solverunt in anno proxime preterito solvant de hinc ad unum mensem proxime completum ad voluntatem suprascripti prioris, et Rainerius et Bonricoverus solvant pro duobus annis proxime preteritis, sine briga et molestia et reclamatione, et quilibet teneatur et debeat facere predicta ad penam librarum C denariorum Pisanorum minorum; et dictus prior teneatur pro dicta ecclesia et heremitorio ad eandem penam et pena soluta et cetera omnia remaneant et cetera. Et dicimus et sententiamus quod dictus prior pro se et dicta ecclesia et heremitorio debeat esse ab hac ora in antea actor et defensor ab omni et cetera, ad predictam penam;

et ita dicimus et pronuntiamus.

Hoc laudamentum datum est in capitulo ecclesie et heremitorii sancti Iacobi de Aquaviva, presentibus Bolgarino quondam Balduvini de Liburna et Bongianni sancti Hermetis et Ubaldo de Fiorensola, testibus ad hęc rogatis, dominicę incarnationis anno millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio, indictione undecima, quinto Idus februarii.

(S) Ego Brascha filius Actaviani, imperialis aulę iudex et notarius, hec omnia a Federico notario de Portu Pisano rogata, ex comissione de scedis suis facta michi Brasche notario per formam consilii senatus, ut in eius actis inveni ita scripsi et firmavi.

1 agosto 1255

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo Luoghi Vari n.83.
1256 agosto 1, Indizione 13.

Edizione:

Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo Luoghi Vari 2 (1251-1280), cur. **L. CARRATORI SCOLARO & R. PESCAGLINI MONTI**, Pacini Editore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano. Fonti 3], Ospedaletto 1993. n.6 pp.11-12.

Scritte sul verso:

Mano del XIII secolo: «Carta professionis fratris Barthalomei»; scritte archivistiche: «n. 354, 1256 primo agosto»; «6 agosto 1256, n^o 14[4]»; «57»; «1256 agosto I, indizione XIII ab incarnatione»; «72»; «93» a matita rossa.

Regesto:

Iacopo, figlio del fu Bartolomeo notaio, dichiara di voler cessare il periodo di prova e farsi frate del romitorio di San Iacopo in Acquaviva, mettendo se stesso e tutti i suoi beni nelle mani del priore, frate Benedetto. Il priore Benedetto lo accetta come frate, investendolo “*cum libro et stola*”.

Fatto in Livorno nella chiesa di San Iacopo in Acquaviva.

Rogò il notaio Federico del fu Opizzino da Porto Pisano.

Originale:

In eterni dei nomine amen. Ex hoc plubico istrumento sit omnibus manifestum qui de veritatis procedit consilio ut conmutentur temporalia pro eternis. Itcirco ego Iacobus quondam Bartolomei notarii, volens meum depositum deponere aput eum qui potens est reddere in ilum diem quo tenporalibus et transitoriis finem habentibus bene negotiantibus prestatur eterna, ad honorem dei et gloriosissime virginis Marie eius matris et omnium sanctorum, pro remedio anime mee, meorum parentum offero me et mea in manibus fratris Benedicti prioris ecclietie et herimitorii sancti Iacobi de Aquaviva, pro ipso herimitorio recipienti, renuendo predictus Iacobus quod non vult stare plus in probatione quia vult perfectionem, renuntiando omne iux divino et umano quod a dicta probatione iuvare posset, sed ab ac ora in antea ad servitium omnipotentis dei et beate Marie semper virginis et omnium sanctorum et sanctarum et beati sancti Iacobi de Aquaviva renuendo proprium, existens coram me Frederico notario et testibus infrascriptis in ecletia sancti Iacobi suprascripti ante altare in manibus predicti prioris se commisit, se et sua ut dictum est.

Qui prior Benedictus, pro ipso herimitorio, dictum Iacobum in fratrem dicti herimitorii ad pacem recepit cum libro et stola.

Et taliter me Fredericum notarium scribere rogaverunt.

Hec omnia suprascripta acta sùnt in dita ecletia, presentibus fratri Filippo, priore henimitorii sancte Marie de Parrana, et fratri Bernardo, herimita herimitorii sancte Marie de Parrana, et magistro Bondie medico et magistro Saladino boctario quondam Alberti, testibus ad hec rogatis, anni dominice ab incarnatione eius millesimo ducentesimo quinquagesimo sexsto, indictione tertiadecima, ipso die [Kalendarum] agusti.

(S) Ego Fredericus quondam Opethini de Portu Pisano, domini Frederici dei gratia Romanorum imperator, incliti regis Sicilie et Ierusalem, notarius, omnia suprascripta singola a me rogata rogatus scriphti atque firmavi.

24 settembre 1255

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo Luoghi Vari n.84.

Edizioni:

Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo Luoghi Vari 2 (1251-1280), cur. **L. CARRATORI SCOLARO & R. PESCAGLINI MONTI**, Pacini Editore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano. Fonti 3], Ospedaletto 1993, n.7 pp.12-13.

Note:

Pergamena in buono stato di conservazione. Presenta qualche piccola rasura sul margine superiore destro.

Regesto:

Il nunzio del comune pisano, su mandato dei giudice e assessore dei podestà, ordina a Federico da Canneto, collettore nella cappella di San Giorgio in Porta a Mare di una data di 20.000 lire imposta alla città e al distretto di Pisa, di non esigere dagli eredi di Bartolomeo notaio la quota di data ad essi imposta, poiché il suo erede, Iacopo, si è fatto eremita di San Iacopo in Acquaviva e ha preso il nome di frate Bartolomeo.

Fatto in Pisa.

Rogò il notaio Bonaccorso figlio di Ildebrandino.

Originale:

In eterni dei nomine amen. Ex huius publici instrumenti clareat lectione quod Ugolinus dictus Cillulus, publicus nuntius Pisani comunis, parabola domini Ursi, iudicis et assessoris domini Iacobi Nappuleonis de Urbe, Pisanorum potestatis, data sibi coram me Bonaccorso notario, coram me eodem notario et testibus infrascriptis, ex parte dicti iudicis precepit Frederico de Canneto, recollectori in cappella sancti Georgii Portemaris de data librarum viginti milium noviter imposita in civitate Pisana et in districtu, ut quamtitatem de predicta data imposita heredibus Bartholomei notarii non petat neque tollat vel exigat heredibus et ab heredibus suprascriptis Bantholomei notarii, cum predicti heredes, scilicet Iacobus filius quondam suprascripti Bartholomei notarii qui nunc vocatur frater Bartholomeus, sit heremita heremitorii sancti Iacobi de Aqua Viva et se et sua dicto heremitorio obtulerit, viso inde a dicto iudice publico instrumento scripto per Fredericum notarium de Portu Pisano.

Factum fuit hoc preceptum Pisis ante turrim Rainerii Gropponis, presentibus Bernardino filio suprascripti Rainerii et Bonaiuncta notario filio Pisani arcarii et Rodulfino Baldovinascho et aliis testibus ad hec rogatis, dominice incarnationis anno millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, indictione quartadecima, octavo Kalendas octubris.

(S) Ego Bonaccursus filius Ildebrandini, domini Frederigi dei gratia Romanorum imperatoris, Sicilie atque Ierusalem regis notarius, predictis interfui et hanc inde cartam, rogatu suprascripti nuntii, scripsi et firmavi.

6 aprile 1260

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Michele in Borgo n. 398.
1261 aprile 6, Indizione 4. Corta.

Note:

Pergamena inedita.

Regesto:

Grotto e Ildebrandino fratelli e figli del fu Enrico di Boccio vendono a Giafferro del fu Aliotto un pezzo di terra posto nel Pian di Porto, luogo detto Septri, al prezzo di lire 140 di denari pisani.

Fatto in Pisa.

Rogò Bartolomeo di Gerardo.

Originale:

In eterni dei nomine amen. Ex hoc publico instrumento sit omnibus manifestum quod Groctus et Ildebrandinus, germani, filii quondam Henrigi Boccii, simul et quisque eorum in solidum, vendiderunt et tradiderunt Giafferro quondam Aliocti unum integrum petium terre, quod est partim vineatum, videlicet statoria sexaginta duo, et partim est terra canpia et ortus, videlicet statoria duo, cum domo super se et cum palmento et tina riboccata et bucte maiore, que sunt in ipsa domo, et cum omni sua pertinentia, positum in Planu Portus in loco dicto Septri, et tenet unum caput in rio Maiore, aliud in via qua itur ad Septri et ad Sanctum Iacobum de Aquaviva, latus in terra filiorum quondam Alberti Boccii, aliud in via qua itur in Collinis, quantumcunque est vel esse inveniatur per mensuram, ita quod si minus statorum sexaginta quatuor esse inveniatur, de ipso minus ipsi germani eidem Giafferro restaurabunt ad ractionem pretii infrascripti, cum omni iure, actione, proprietate, pertinentia et adiacentia sua et cum medietate integra pro indiviso omnium et singulorum stiviliorum, petrarum et lignaminis que in ipso et super ipso [petio ter]re comunia sunt inter ipsos germanos ex una parte et filios quondam Alberti Boccii ex alia, et maxime cum medietate putei.

Insuper ipsi germani simul et in solidum vendiderunt, dederunt, cesserunt atque mandav[erunt] [omnia iu]ra omnesque actiones et ractiones tam hutiles quam directas, reales, personales et mixtas, inde sibi competentes et competentia quoquo modo vel iure, ut his omnibus et singulis ipse Giafferus et sui heredes et illi cui vel quibus dederint vel habere decreverint eorum direpto et hutili nomine agere et experiri possint et valeant contra omnem personam et locum.

Pro pretio librarum centum quadraginta denariorum Pisanorum. Quod totum pretium ab ipso Giafferro receperunt et habuerunt coram Ildebrando iudice et notario quondam Urselli et testibus infrascriptis et de ipso pretio toto vocaverunt se bene quietos et pacatos.

Et per stipulationem sollemnem ipsi Groctus et Ildebrandinus, germani, simul et quisque eorum in solidum, convenerunt et promiserunt suprascripto Giafferro, se eorumque heredes et bona in solidum obligando ad penam dupli estimacionis suprascripti petii terre cum omnibus suis pertinentiis, que tunc fuerit, stipulatione promissam, quod vacuum et disbrigatam possessionem ipsius ei dabunt et ipsum circa eius proprietatem et possessionem ipsius potioem et superioem esse facient; et quod de suprascripto vel pro suprascripto terre petio cum sua pertinentia vel eius occasione de cetero nullo modo vel ingenio quolibet per se vel per alios inbrigabunt vel molestabunt neque per placitum vel alio modo fatigabunt ipsum Giafferum vel eius heredes sive illos cui vel quibus dederint vel habere decreverint, sed defendent et disbrigabunt ipsum ei et eius heredibus et illis cui vel quibus dederint vel habere decreverint ab omnibus inbrigantibus personis et locis, et actores et defensores in solidum inde eis erunt, cum omnibus suis suorumque heredum expensis; et quod suscipient in se iudicium, si de ipso terre petio vel de aliqua eius parte aliqua lis moveretur aliquo modo vel iure et pingnus dabunt curie pro dirictura et advocato pro eius salario et certas expensas facient que in dicta et pro dicta lite vel eius occasione necesse fuerint faciende. Et renuntiaverunt beneficio epistule divi Adriani et novo iuri autenticorum et omni alii iuri et auxilio, exceptioni, constitutioni legis et usus, quo vel quibus se a predictis vel aliquo predictorum tueri vel

iuvare possent.

Et preceperunt ei ingredi possessionem suprascripti petii terre cum domo et suis pertinentiis omnibus et singulis, quatenus de cetero suo nomine iure proprio possideat. Et se pro eo interim possidere constituerunt.

Ad hec Dominicus quondam Gostantini Valensis, fideiubendo pro suprascriptis germanis et pro quolibet eorum in solidum et eorum et cuiusque ipsorum precibus et rogatu et etiam suo proprio nomine principaliter, eadem per omnia et singula suprascripta ut ipsi germani, eodem suprascripto modo et ad similem penam, eidem Giafferro convenit et per stipulationem promisit facere et fieri facere quantum est in medietate et pro medietate suprascripti petii terre cum suis pertinentiis omnibus et singulis et nominatim quod de ipsa medietate ipsius terre petii cum suis pertinentiis erit ei et suis heredibus et illis cui vel quibus dederint vel habere decreverint actor, defensor et disbrigator ab omnibus inbrigantibus [personis et loc]is cum omnibus suis suorumque heredum expensis, se suosque heredes et bona obligando. Et renuntiavit omni iuri et auxilio exceptioni co[n]stitutioni legis et u]sus quo vel quibus se a predictis vel aliquo predictorum tueri vel iuvare posset.

Actum Pisis in via publica ante domum, [presentibus Pericciolo] Metrella quondam Ubertelli et Sismundino quondam Paganelli testibus rogatis, dominice incarnationis [anno millesimo ducentesimo sexagesimo primo], indictione quarta, octavo Idus aprilis.

Guido Benencase, filius quondam Benencase de sancto Vito, fideiubendo pro suprascripto Grocto et eius precibus et rogatu et etiam suo proprio nomine principaliter, quantum est in parte et pro parte contingente suprascripto Grocto de suprascripto terre petio cum suis pertinentiis, eadem omnia et singula suprascripta ut ipse Groctus, eodem suprascripto modo et ad similem penam, eidem Giafferro convenit et per stipulationem promisit facere et fieri facere et nominatim quod de parte predicta inde ipsi Grocto contingente erit ei et eius heredibus et illis cui vel quibus dederint vel habere decreverint actor, defensor et disbrigator ab omnibus inbrigantibus personis et locis cum omnibus suis suorumque heredum expensis, se suosque heredes et bona obligando, et renuntiavit omni iuri et auxilio, exceptioni, constitutioni legis et usus, quo vel quibus se a predictis vel aliquo predictorum tueri vel iuvare posset.

Actum Pisis super balatorio claustris sancti Sisti, presentibus suprascriptis Pericciolo et Sismundino, testibus rogatis, eodem suprascripto die.

(S) Ego Bartholomeus filius Gerardi, imperatorie dignitatis notarius, predicta omnia ut in actis suprascripti Ildebrandi iudicis et notarii inveni, ita, sua parabola et mandato, scripsi et firmavi.

Nota quod postea suprascriptus Iafferrus vendidit donno Bartholomeo abbati suprascripti monasterii sancti de Pisis suprascriptum petium terre cum domo et vineis et omni sua pertinentia pro pretio librarum CLXXXII denariorum Pisanorum, sicut in carta venditionis inde confecta per Iacobum Proficati notarium in quaterno proprio suprascripti monasterii qui est apud suprascriptum Iacobum et fuit rogata

24 gennaio 1262

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo Luoghi Vari n.106.
1262 gennaio 24, Indizione 5.

Edizioni:

Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo Luoghi Vari. 2 (1251-1280), cur.: **L. CARRATORI SCOLARO & R. PESCAGLINI MONTI**, Pacini Editore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano. Fonti 3], Ospedaletto (PI) 1993, n.30 pp.67-67.

Scritte sul verso:

Notazioni archivistiche varie: «n^o 402, 1262, 29 settembre»; «24 agosto, n^o 164»; «67»; «1262 gennaio 24, indizione V ab incarnatione»; «90»; «109» a matita rossa.

Note:

Qualche macchia di umidità.

Regesto:

Frate Bernardo, priore e rettore della chiesa e romitorio di San Iacopo in Acquaviva, col consenso dei suoi confratelli, nomina i frati Marco, Bonavoglia e Matteo procuratori incaricati di risolvere le liti con Giordano, che abita a Pisa, nonché di vendere un pezzo di terra con casa posto nel Castello di Castro (a Cagliari).

Fatto in Livorno sotto il portico del romitorio.

Rogò il notaio Brasca figlio di Attaviano.

Originale:

In eterni dei nomine amen. Omnibus hanc scripturam legentibus sit publice manifestum quod frater Bennardus, prior et rector ecclesie et heremi sancti Iacopi de Aqua Viva, presentia, consensu et voluntate infrascriptorum fratrum suorum et dicti loci, videlicet fratris Henrici, fratris Petri et fratris Luce et fratris Andree et fratris Venture et fratris Bartholomei et fratris Iohannis, fecit, constituit atque ordinavit fratrem Marcum et fratrem Bonavoglam et fratrem Matheum et quemque eorum in solidum, ita quod obcupantis non sit melior conditio, suos et dicti loci syndicos et procuratores et certos nuntios, presentes et suscipientes, in causa seu causis, litibus et contraversiis quam vel quas dictus prior, pro suprascripto heremo, habet vel habiturum est cum Giordano, qui moratur Pisis, vel alia persona pro eo, coram quibuscumque iudicibus ecclesiasticis vel secularibus et etiam in omnibus aliis et singulis causis, quas dictus prior habet vel habiturum est cum quibuscumque personis aut locis, ad agendum, defendendum, excipiendum et replicandum et ad possessionem petendum et capiendum pro suprascripta ecclesia et heremo, et ad vendendum de bonis suprascripte ecclesie et heremi unum petium terre cum domo murata super se, posito in Castello Castri, et ad cartam et cartas venditionis inde faciendum in laude convenientis sapientis cuiuscumque emptoris, et ad pretium inde recipiendum, et etiam ad alocandum et dislocandum ipsum terre petium cum domo, si ipsum vendere non poterint, et ad omnia facienda que ad predicta pertinent vel pertinere videbuntur et que ipsemet dominus prior, presentia, consensu suprascriptorum fratrum suorum, facere posset; promictens se, dictus prior, pro suprascripto heremo, presentia, consensu suprascriptorum fratrum suorum, habere ratum et tenere firmum totum et quidquid dicti syndici et procuratores fecerint de predictis vel aliquo predictorum et contra non venire vel facere per se vel per alium aliquo modo vel iure.

Actum subtus porticum suprascripti heremi quod est ante ecclesiam suprascriptam, presentibus Crescente vinario quondam Iohannis et fratre Pacifico de civitate Ianue de ordine fratrum predicatorum, testibus ad hec rogatis, dominice incarnationis anno millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, indictione quinta, nono Kalendas februarii.

(S) Ego Brascha filius Actaviani, imperialis aule iudex et notarius, predictis omnibus interfui et hec omnia a me rogata, rogatus, scripsi et firmavi.

In Gen. dei nōi dōi amib; hāc scriptura legitur
 sic p̄b̄ nunciatū. **Q**uod fuit Bernardus p̄b̄ p̄tor
 eto et herem. s̄i Jacopi. et aqua uiua. p̄s̄m̄a d̄p̄s̄ et
 uoluntat̄ in p̄s̄p̄t̄oꝝ factū suoz. **S**da loa uid̄ fact̄ herem
 et fact̄ petri et fact̄ luc̄ et fact̄ andree et fact̄ lucreti et fact̄
 Bartholom̄i et fact̄ Joh̄is fact̄ cōstituit̄ atq; ordinauit̄ suoz
Sda loa iudicū p̄p̄t̄ accōp̄t̄ et resp̄s̄alt̄. **S**da loa nōm̄ d̄ apl̄i s̄i
 garyani i d̄uap̄l̄igo q̄m̄ Bernardus d̄uiliad̄y d̄ Lucino l̄ic̄ ab̄p̄t̄
 t̄ā s̄i caus̄ lib; et cōt̄m̄p̄t̄is quā ut quā d̄p̄ p̄p̄o herem̄ ut
 ip̄m̄ herem̄ h̄t̄ ut habiturū ē cū d̄uap̄d̄ano d̄ p̄p̄ ut alia p̄p̄na p̄
 eo et cū t̄om̄ib; alijs caus̄ lib; et cōt̄m̄p̄t̄is quā d̄p̄ p̄p̄o herem̄
 ut ip̄m̄ herem̄ h̄t̄ ut habiturū ē cū d̄uap̄d̄ano; p̄p̄t̄ aut̄ loq; cōp̄t̄ ḡb̄y
 cūq; iudicib; et d̄p̄s̄alt̄is ut p̄uolunt̄ ad aḡt̄ā d̄f̄in̄d̄ū et ap̄t̄ū p̄p̄li
 cū d̄ū et ad iudicū t̄āq; cōp̄t̄ d̄uap̄t̄ d̄c̄t̄ā s̄i op̄y s̄i p̄t̄ et ad p̄p̄m̄ p̄t̄ū
 et ad cap̄t̄ū p̄p̄m̄ p̄t̄ eto et herem̄ et ad p̄p̄m̄ d̄ū et cūq; et ad om̄i
 et singl̄i fact̄ā que ad p̄d̄ā p̄t̄ et p̄t̄ s̄i d̄p̄t̄ uid̄t̄ur̄. **P**rim̄it̄
 s̄i t̄m̄ d̄uap̄t̄ nōi p̄t̄ d̄p̄t̄ s̄i cōp̄t̄ p̄t̄ fact̄ suoz p̄t̄ d̄p̄
 h̄t̄ p̄t̄ et t̄m̄ p̄t̄m̄ corū et quidq; d̄p̄ Syndic̄ s̄i p̄t̄ aut̄ aut̄ fact̄
 de p̄d̄p̄ ut aliquo p̄t̄ et cū n̄ uolunt̄ ut s̄i p̄t̄ ut p̄t̄ d̄p̄ in ut s̄i
 Actū s̄i p̄t̄ t̄m̄ h̄t̄ q̄ ē an̄ cū s̄i Jacopi t̄m̄ p̄t̄m̄; **C**yp̄t̄m̄ uind̄
 s̄i Joh̄is et fact̄ p̄t̄m̄ d̄ aut̄ p̄t̄m̄ et ord̄m̄ fact̄ p̄t̄m̄ et c̄t̄; ad
 h̄t̄ p̄t̄ d̄m̄t̄ p̄t̄m̄ anno; m̄llo d̄uap̄t̄m̄ s̄i d̄uap̄t̄m̄ s̄i p̄t̄ q̄m̄
 nōm̄ t̄m̄ p̄t̄ j j

COLETTI
1862. GEN. 24

Bernardus filius Actaiani imp̄t̄ aut̄ s̄i et nōi p̄t̄
 om̄ib; in p̄t̄ d̄ oīa s̄i m̄t̄ s̄i p̄t̄m̄ p̄t̄m̄ p̄t̄m̄

13 dicembre 1262

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo Luoghi Vari n.109.
1263 dicembre 13, Indizione 6.

Edizioni:

Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo Luoghi Vari. 2 (1251-1280), cur.: **L. CARRATORI SCOLARO & R. PESCAGLINI MONTI**, Pacini Editore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano. Fonti 3], Ospedaletto (PI) 1993, n.33 pp.71-73.

Scritte sul verso:

Mano del XIV secolo: «Carta procurationis conventus Aque Vive»; varie notazioni archivistiche: «n° 20, 1263»; «n° 321, 1263, 13 dicembre»; «n° 172»; «12»; «1263 dicembre 13, indizione VI ab incarnatione»; «115» a matita rossa.

Note:

Pergamena in buono stato di conservazione, con qualche rosura e un foro in corrispondenza del quarto rigo.

Regesto:

Frate Bernardo, priore e rettore del romitorio di San Iacopo in Acquaviva, e i suoi confratelli nominano procuratori i frati Matteo e Bonavoglia, con l'incarico di vendere una *superficiem muratam*, posta a Pisa nella parrocchia di San Paolo a Ripa d'Arno e altri beni dell'eremo posti in Gello, in Putignano e in Visignano.

Fatto a Livorno nel romitorio,

Rogò il notaio Brasca figlio di Attaviano.


Originale:

In eterni dei nomine amen. Omnibus hanc scripturam legentibus sit publice manifestum quod frater Bernardus, prior et rector heremi sancti Ia[copi] de Aquaviva, ordinis sancti Agustini, presentia, consilio et consensu infrascriptorum fratrum suorum et dicti heremi, vi[delicet] fra[tris] Bartholomei, fratris Andree, fratris Marci, fratris Luce et fratris Venture et fratris Iohannis, et ipsi idem fratres et heremite dicti heremi, presentia, consilio et consensu suprascripti prioris, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt fratres Matheum et Bonavoglam, heremita^{sic} dicti heremi, presentes et suscipientes et quemque eorum in solidum, ita quod obcupantis non sit melior conductio et quod unus possit perficere et effiniri et demandare quod ab alio esset inceptum, suos et dicti heremi syndicos et procuratores et certos nuntios generales et speciales in omnibus et singulis causis, factis et negotiis ipsius heremi, tam in curia quam extra curiam, tractandis et coram quibuscumque iudicibus ecclesiasticis et secularibus et contra omnem personam et locum, ad agendum, defendendum, excipiendum et replicandum, litem et lites contestandum, confessiones faciendum et recipiendum, testes et instrumenta producendum et sententias audiendum, et ad appellandum quotiens opus fuerit et ipsas appellationes prosequendum, et ad vendendum et alienandum de bonis et rebus dicti heremi, et specialiter unam superficiem muratam de tegulis et coperta de plastris, positam Pisis in parochia sancti Pauli de Ripa Sarni, super terram ecclesie et monasterii sancti Pauli suprascripti, et etiam illas terras campias et cum domo et fructibus super se, que sunt suprascripti heremi, positas in Gello et in eius confinibus et in Putignano et in eius confinibus et in Visignano et in eius confinibus, sicut sunt per capita et latera, et ad cartas de predictis faciendum eptoribus in laude eorum et cuiusque eorum convenientis sapientis, et ad obligandum se pro dicto heremo et ipsum heremum et bona ipsius heremi ipsis emptoribus et cuique eorum pro securitatibus necessariis in contractibus emptionum et venditionum prout ipsis emptoribus magis iustum esse videbitur, et generaliter ad omnia et singula facienda, gerenda, tractanda et procuranda in iudicio quam extra iudicium, que ad predicta pertinent et pertinere posunt et eis et cuique eorum in solidum

ut dictum est pertinere videbitur et que ipsemet prior cum capitulo facere posset, si presens esset, promictens per hoc publicum instrumentum idem prior, cum consensu dicti sui capituli, et ipsum capitulum, cum consensu dicti prioris, habere ratum et tenere firmum totum et quicquid dicti sindici et procuratores vel alter eorum, sindicatus nomine seu procuratorio officio, fecerit de predictis et contra non venire ullo modo vel iure.

Actum in suprascripto heremo ante ecclesiam sancti Iacobi suprascripti, presentibus Gabardo filio Arcipreite de Vico et Amadore de Pistorio filio Vitalis, testibus ad hec rogatis, dominice incarnationis anno millesimo ducesimo sexagesimo tertio, indictione sexta, Idus decembris.

(S) Ego Brascha filius Actaviani, imperialis aule iudex et notarius, predictis omnibus interfui et hec omnia a me rogata, rogatus, scripsi et firmavi.



31 luglio 1268

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo Luoghi Vari n. 121.
1269 luglio 31, Indizione 11.

Edizioni:

Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo Luoghi Vari. 2 (1251-1280), cur.: **L. CARRATORI SCOLARO & R. PESCAGLINI MONTI**, Pacini Editore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano. Fonti 3], Ospedaletto (PI) 1993, n.45 pp.95-97.

Scritte sul verso:

Scrittura del XIII secolo; «Est carta fratrum Aquevive testamenti Lucterii dicti Baglioni quondam Torrigiani»; del XV secolo: «Sancto Iacobo d'Aquaviva»; scrittura più recente: «Legato di soldi 100 a favore di»; notazioni archivistiche: «n^o 251, 1269»; «n^o 185»; «50»; «1269 luglio 31, indizione XI ab incarnatione»; «102»; «128» a matita rossa.

Regesto:

Particola del testamento di Lotterio, detto Baglione, del fu Torrigiano di Alberto di Alamanno, con la quale il testatore lascia cento soldi di denari pisani al romitorio di San Ioacopo in Acquaviva.

Fatto a Pisa.

Rogò il notaio Bonaccorso di Ildebrandino.

Scrisse il notaio Ricciardo figlio del defunto notaio Bencivenni da Rinonico, per disposizione di Ildebrandino Guascappa figlio del notaio rogatore, Bonaccorso di Ildebrandino

Originale:

In eterni dei nomine amen. Ex hoc publico instrumento sit omnibus manifestum quod inter cetera que continentur in testamento condito a Lucterio dicto Ballione condam Turrisianum Alberti Alamanni, rogato et scripto a Bonaccorso notario quondam Ildebrandini, continentur sic:

Iudico et lego heremitorio sancti Iacobi de Aquaviva soldos centum denariorum Pisanorum. In omnibus aliis meis bonis instituo mihi heredes Franciscum et Turrisianum filios meos pro equali parte et eos invicem substituo, quos si infra pubertatem vel postea sine liberis aut ab intestato decedere contigerit substituo eis Ictam et Contissam filias meas vel illam earum que tunc vixerit, et in hoc casu iudico et lego libras quingentas denariorum dandas pauperibus pro anima mea, arbitrio infrascriptorum meorum fideicommissariorum et cetera.

Fideicommissarios namque predictorum meorum iudiciorum et bonorum et tutores suprascriptorum filiorum meorum relinquo et esse volo Bonam uxorem meam et Iacobum filium Grocti et Iohannem condam Ugolini Benecti Falconis et Daniellum filium Benecti nepotem meum, quibus tutoribus et cetera.

Quodcumque aliud testamentum seu codicillum vel ultimam voluntatem feci seu condidi, illud et eam casso et revoco et hoc presens testamentum confirmo et firmum et ratum esse et manere volo. Et volo quod si hec mea ultima voluntas et cetera.

Actum Pisis iuxta ecclesiam sancti Nicolai, presentibus Becto vinario filio Ugonis et Iunctarello vinario condam Iacobi de sancta Eufraxia et Alberto arcario de sancto Nicolao condam Bonamici, testibus ad hec rogatis, dominice incarnationis anno millesimo ducentesimo sexagesimo nono, indictione undecima, pridie Kalendas agusti.

(S) Ego Ricciardus filius condam Bencivennis notarii de Rinonichi, imperialis aule notarius, predicta omnia, ut in actis suprascripti Bonaccursi notarii inveni, ita, ex commissione inde mihi facta ab Ildebrandino Guascappa, olim eius filio, scripsi et publicavi.

8 marzo 1271

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n. 434.
1271 marzo 8, Indizione 14.

Note:

Pergamena inedita.

Regesto:

Gherardo e Ranieri, figli del fu Giorgio, e Bonaccorso detto Coscio del fu Villano, loro nipote, vendono a frate Benedetto, converso dell'ospedale di san Leonardo delle signore d'Ognissanti, che riceve per detto ospedale, un pezzo di terra posto nei confini di Livorno in luogo detto Fondemagno, per il prezzo di 15 lire di denari pisani.

Fatto in Livorno.

Rogò Brasca di Attaviano giudice e notaio.

Originale:

(S) In eterni dei nomine amen. Dominice incarnationis anno millesimo ducentesimo septuagesimo primo, indictione quartadecima, octavo Idus marsii.

Ex hac publica licterarum serie sit omnibus aperte manifestum quod Gerardus et Rainerius, germani, quondam Georgii, et Bonacursus dictus Coscius, eorum nepos, quondam Villani, quilibet eorum in solidum, vendiderunt et tradiderunt fratri Benedicto converso monasterii sancti Leonardi de dominabus Omnium Sanctorum, ementi et recipienti pro suprascripto ospitali, unum petium terre vineatum positum in confinibus Liburne in loco dicto Fondemagno, quod tenet unum caput cum uno latere in terra vineata suprascripti ospitalis, aliud in terra vineata ecclesie et heremitorii sancti Iacopi de Aquaviva, aliud latus in terra vineata plebis de Liburna, quantumcumque est per mensuram; et est alodium et pro alodio, cum omni iure et actione et proprietate et pertinentia sua.

Et insuper quilibet eorum in solidum vendiderunt et tradiderunt suprascripto fratri Benedicto, ementi et recipienti pro suprascripto ospitali, omnia iura omnesque actiones et rationes, tam utiles quam directas, reales et personales et mixtas, inde sibi quoque modo vel iure competentes et competentia, quatinus hiis omnibus et singulis dictus frater Benedictus pro suprascripto ospitali et ipsum ospitale et eius successores et quibus dederint vel habere decreverint eorum directo et utili nomine possint inde agere et experiri et excipere contra omnem personam et locum

Pro pretio librarum quindecim denariorum Pisanorum nunc currentis monete. Quas coram me Brascha notario et testibus infrascriptis dictus frater Benedictus, pro suprascripto ospitali, suprascriptis Gerardo et Rainerio et Bonacurso dicto Coscio dedit et solvit in denariis aureis et etiam grossis argenteis ipsam quantitatem bene capientibus, dando ipse frater Benedictus de denariis Bonaiuti eius germani. Et dicti Gerardus et Rainerius et Bonacursus dictus Coscius ipsas libras quindecim denariorum suprascripte monete sic ab eo acceperunt. De quibus vocaverunt se bene quietos et pacatos et suprascriptum fratrem Benedictum et eius successores et ipsum ospitale et res et bona suprascripti ospitalis inde penitus liberaverunt et absolverunt.

Et per sollepnem stipulationem dicti Gerardus, Rainerius et Bonacursus dictus Coscius, quilibet eorum in solidum, convenerunt et promiserunt suprascripto fratri Benedicto, recipienti pro suprascripto ospitali, ad penam dupli extimationis suprascripte rei vendite et tradite sub extimatione qualis tunc fuerit per stipulationem promissam, obligando se in solidum et eorum heredes et bona pro suprascriptis omnibus ei et eius successoribus se de suprascripta vel pro suprascripta re vendita et tradita et de eius possessione et iure vel eorum sive alicuius eorum occasione ullo modo vel ingenio quolibet per se vel per alium non inbrigare vel molestare neque per placitum vel alio modo fatigare suprascriptum emptorem, pro suprascripto ospitali, nec ipsum ospitale sive cui dederint vel habere decreverint, set ab omni inbriganti persona et loco actores et defensores inde eis existent, cum omnibus suis suorumque heredum expensis curie et avocatorum et omnibus aliis, que si inde fierent se eas ei integre resarcituros promiserunt.

Et insuper dicti Gerardus et Rainerius et Bonacursus dictus Coscius, quilibet eorum in solidum,

convenerunt et promiserunt suprascripto fratri Benedicto, recipienti pro suprascripto obspitali, sub predicta pena per stipulationem promissam, obligando se in solidum et eorum heredes et bona, quod tradent ei, recipienti pro suprascripto obspitali, vacuum possessionem suprascripte rei vendite et tradite; et quod facient eum et eius successores et res et bona suprascripti obspitalis superiores et superiores in possessione eiusdem rei vendite et tradite; et quod si lis vel questio aut controversia aliqua ei vel eius successoribus de suprascripta re vendita et tradita vel eius occasione moveretur vel fieret in aliqua curia ecclesiastica vel seculari coram aliquo iudice, quod ipsam litem et questionem in se et eorum heredes suscipiant et eas tractabunt et exequentur cum eorum pignoribus, advocatis et expensis; et quod eum et eius successores et res et bona suprascripti obspitalis inde indepenes et indepnia penitus conservabunt.

Et sic preceperunt ei, recipienti pro suprascripto obspitali, in solidum intrare in possessione suprascripte rei vendite et tradite et earum nomine et iure proprio possidere. Et constituerunt se pro eo in solidum et eorum nomine et iure proprio possidere, renuntiando omni iuri et auxilio, exceptionibus et constitutionibus legis et usus et omni alii legis auxilio et specialiter beneficio epistule divi Adriani et novo iuri autenticorum pro solido, unde se a predictis vel aliquo predictorum tueri vel iuvare possent et nominatim a pena.

Et taliter hec omnia me Brascham notarium dicti contrahentes scribere rogaverunt.

Actum in Liburna in domo Gualandi, presentibus Iohanne de cappella sancti Cassiani quondam domini Rainerii iudicis et Benvenuto barberio de Liburna quondam Iuffredi et Bergo de eodem loco quondam Bonricoveri, qui ad hec interfuerunt testes.

(S) Ego Brascha filius Actaviani, imperialis aule iudex et notarius, predictis omnibus interfui et hec omnia a me rogata, rogatus, scripsi et firmavi.